



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. XXX. De Pvrficatione Post partum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

tualibus, precumq; diuinis officijs, omni attentione, & religiosa meditatio-
ne assidat.

Misæ sacrificio quotidie intersit, alia omni negotiatione postha-
bita.

Diuinis colloquijs, sacrificijs, concionibus presens adsit.

Aegroti, cum per inualetudinem corporis iejunare non possint, quodam
intimi animi dolore, gemituq;, (vt Sanctus Augustinus monet) cibum ca-
piant, pro eo, quod alijs ieunantibus, ipsi abstinere non possint.

Qualiter prætextu diei festi ieunia non omittenda.

Cap. X I I I .

SI quando dies festus Sancti, sanctæve, cuius celeritas à Clero, popu-
loq; colitur, in diem vigiliæ, ieuniūq; incidit, quod ex precepto Eccle-
siæ seruetur; nè fideles ob festi diei solennitatem, quam agunt, id quod
à plerisq; committi ad nos delatum est, ieunium ullo modo violent, sed vi
instituti ratio, Ecclesiæq; matris preceptio postulat, recte, pieq; colant. Quare
Episcopus, si quid istiusmodi in sua diæcesi patrari, committive animaduer-
terit; huic graui peccato, & offensioni, omni pastoralis officij sui ratione oc-
currere quam diligentissime studeat.

DE PURIFICATIONE POST partum. Tit. XXX.

Qualiter puerperæ ad Ecclesiam, vt benedicantur, gratæ quam
primum accedant. Cap. I.

Moneant parochi puerperas, ut cum primùm post partum domo exie-
rint, mox ad Ecclesiam, Deo acturæ gratias, accedant; vbi bene-
dictionem à parocho suscipiant.

Puerperæ domine benedicantur, nec eisdem panis benedictus
præbeatur. Cap. II.



D preces, quæ supra pueroram funduntur, cum post pro-
lem emissam, illa acturæ gratias, ad Ecclesiam se confert;
parochus puerperæ domum nè ingrediatur, etiam si mulier
ob aduersam valetudinem Ecclesiam adire nequeat.

Fæminis præterea, post puerperium ad Ecclesiam venien-
tibus, panis benedictus sub Hostia forma nè præbeatur.

DE